

**Epicedia In Luctuosum obitum Viri ... M. Henrici Prengeri, quondam Dioeceseos Parchimensis & Swerinensis Superintendentis ... Anno aerae christianae MDXCV. XV. Calend. Augusti Rostochii legitime nati, & V. Iduum Maii Parchimii pii denati, ac deniq[ue] XVI. calendar. Iunii in aede St. Georgii ibidem honorifice contumulati**


Wismariae, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773018204>


Druck Freier  Zugang



Gordes, M.,  
auf  
S. Prenger.  
Wism.(1667.)







EPICEDIA  
In Luctuosum obitum  
VIRI

PLURIMUM REVERENDI, CLARISSIMI  
ET DOCTISSIMI

Dn. M. HENRICI PRENGERI,  
quondam Diœceseos Parchimensis & Sweri-  
nensis Superintendentis uti vigilantissimi  
ita optimè meriti

Anno æræ christianæ MDXCV. XV. Calend.  
Augusti Rostochii legitimè nati, & V. Iduum Maji Parchi-  
mii piè denati, ac deniq; XVI. calendar. Junii in æde  
St. Georgii ibidem honorificè  
contumulati

Testandi doloris, ultimi honoris  
ac desiderii ergò scripta  
ab

Amicis, Collegis, ac benè faventibus.

---

WISMARIE ANNO M. DC. LXVII.

**V**icisti, VENERANDE SENEX! Mors linea Rerum:  
 Sed factum hoc magno, sic disponente, JEHOVA.  
 Gratulor ergo Tibi mortem, PRENGERE, beatam,  
 Nam capiti imposita est fidei sanctissima merces.  
 Quam dedit, hanc, *Christus*, dabit omnibus Arbiter æquus,  
 Splendida venturi spectant qui præmia Secli.  
 Vicisti, VENERANDE SENEX, PRENGERE! sequemur!

Honoris & Amoris causa obtulit

M. JOACHIMUS *Schmidt* / Pastor  
 Wismar. Nicol. Regii Consist. Asses.  
 & Rev. Ministr. S.

**V**icisti tandem multis cruciatibus æger  
 Collega, hinc cælo parva Corona Tibi est.  
 Conducit morier semel hic Tibi finē beato,  
 Quam longè vivum mille perire nece.  
 Gratulor: ut Christo vicisti, sic quoq; Christo  
 Jam junctus, Christus Te sine fine beat.  
 Quis Te defunctum planget? *jactator in altis*  
 PRENGER, & infirmus non is oberrat humi.  
 Longis jactatus morbis, nunc jactat in ævum  
 Pompas cælestes Numine cum supero.  
 Nos tua telluri mandavimus ossa: quiesce  
 In cælo, in terrâ cui data nulla quies.

Allusio ad Cognomen piæ Defuncti.

**E**rr Prenger das im Namen führ't/  
 Dabon Ihm grosser Ruhm herrüh'rt:  
 Er prange' alhie mit Christi Joch/  
 Nun pranget Er im Himmel hoch.

Gar

Gar woll habe Ihr geprangen hie/  
Herr Prenger/ ob es schon gab Wüß;  
Jez seh't Ihr Christ Prenger all/  
Wie Euch prangen im Himmes Saal.

Ita Superintendentem, Collegam & Compatrem suum  
quondam dilectissimum pie demortuum ultimo  
honoris & amoris officio, licet pauci loquio, in-  
ter multas officii occupationes profèqui voluit,  
debuit

**DANIEL ROSENOVIUS,**  
Pastor apud Parchim. Marianus.

**M**ortuus est præco divini dogmatis, eheu!  
Firma columna chori, delictumq; Dei.  
Fundite nunc lacrymas cives, & templa sacrata  
Flete *θεόκλυτος* tristia fata Viri,  
hic etenim tramitem maculosa labe carentem  
Ostendit vobis jusfaq; sancta Dei.  
Nec minus errorum tenebras hic depulit atras  
Vatidicâ lingua dogmata falsa petens.  
Sed quoniam à Jova venit hoc lacrymabile fatum  
Illud vos æquo pectore ferre decet.  
Interea Templi non immemor esto Jehova  
Charè tuæ, & dignos suffice quæso Viros  
Qui latudes Jesu Nostri, gregis atq; salutem  
Commisisti curent, promoveantq; fide.

Hisce & suo satisfacere voluit  
officio

**M. DAVID Clitsh/**  
Eccles. Nicol.



Klag- und Trost- Sonnet.

**S**oft wechselt mit uns ab/ so lang wir seyn auff Erden/  
Bald leucht der Sonnen-Glanz/ bald ist er wieder fore.  
Nie ist uns weh und woll. Nie ist der Thränen-Dhrt/  
Da Freud und Traurigkeit gar. offte gewechselt werden.  
Gott hürdet auf und ab. Wir schleppen gleich den Pferden  
Am Angst- und Trübsal-Joch: Doch spane uns unser Hort  
Zu letzte gänglich aus. Das Schifflein kompt zum Port/  
Der Wanders-Mann zur Ruh/ das Schöfflein zu der Heerden.  
Wie wol! Wie wol ist dem! Der aus der Wechsels-Zeit  
Wird seelig heimgeführt zur grauen Ewigkeit!  
Was ist es dan/ das ihr die Wangen häuffig nezet/  
Ihr hochbesorgten/ ihr/ ob des Gerechten Todt?  
Ihm ist gar woll geschehn. Uns bleibet Müh und Noht/  
Biß wir aus Babel gehn/ und Canaan uns lezet.

Auf mitleidigem Herzen  
schrieb dieses

M. MICHAEL CORDESIUS,  
Ministerii Parch. Archid.

**L**audibus efferri, quos morte dolemus ademptos,  
Vulgare, & nihili commatis esse pures.  
Præbet se facilem vel folis nutibus, acta  
Aut studio, aut pretio, musica sæpe manus.  
Laudibus efferri meritis post funera, pulcrum est:  
Nec datur hac multis conditione mori.  
Tu moreris, PRENGERE, tui Coryphæe verende  
Ordinis; eximiâ Tu mihi laude places,  
Culpari facile est. sed, quæ tua roserit acta,  
Quæ mores, vox est cognita nulla mihi.

At,

At, cui laudatus vixisti, plurima turba est;  
Aures fama etiam perculit ista meas.  
Mens erecta fuit, sanctoq; animata calore:  
Dicenti totus sedit in ore Deus.  
Tum prisca integritas, & Christi conscia virtus,  
Clarius antiquo contulit ære decus.  
Et cum sis vario curarum exercitus æstu,  
Fomento esse tibi creditus ipse labor.  
Teste licet careas, vice commentaria testis  
Esse queant, durâ scripta, regeſta manu.  
O vivas PRENGERE! atq; istis digna reponat  
Fama tibi! DOMINO, cætera, danſe, feres.

Honori Venerandi quondam Senis, atq; optimè meriti,  
ſcribebam l. m. q.

Laurentius Bünsow/  
Rector.

a/w

### Epitaphium.

**H**ENRICUS PRENGER, PASTOR, ſophiæq; MAGISTER,  
Cui LINGVAM doctam TULLIA SUADA dedit:  
Cui grave JUDICIUM, cui MORES GRATIA Ternas,  
Cui PALLAS Laudem NOMINIS attribuit:  
Cui DUX ILLUSTRIS SUPERATTENDENTIS Honorem  
Quondam PARCHIMI detulit, ipſe lubens:  
Tandem GRANDÆVUS Vitæ finiit annos,  
Hoc TUMULO & poſuit CORPORIS exuvias,  
O dolor! ô Lacrymæ! quis non ſingultibus addat  
Singultus, tanti funeris in facie?

HUNC

HUNC dolet ablatum Sublimior ORDO SENATUS  
 PARCHIMI, & deflet Turba ministra DEI.  
 HUNC SOBOLES plorat, Lacrymis decoratq; MARITA,  
 TURTURIS in morem nocte dieq; gemens.  
 BRANDIUS, & CONJUX, HUNC lugent morte peremptum,  
 Quid? MECKLENBURGUM mœret, & ipsa DOMUS!  
 Imò etiam reliqui Lacrymare videntur AMICI,  
 RURICOLÆ pariter fletibus ora rigant.  
 Ast HUNC non nobis necuit Parca invida totum,  
 SPIRITUS ecce polo vivit, HONORQ; solo.  
 Tu verò MYRTO tua tempora Cinge VIATOR,  
 Hic & dic mecum: MOLLITER OSSA cubent?

Συμπάθειας ἕνεκα αὐτοσχεδίας  
 Manibus piis consecravit

Christophorus Hopstockius,  
 Sch. Wism. ConR.

**M**ortis potentes falce cadunt: Silent  
 Sancti, profani: Mors populos vorat  
 Nec parcit imbelli juventæ  
 Nec niveis seny capillis.

Hac falce nobis occidit, occidit  
 Magnum sacrorum Theiologum decus  
 Prengerus olim, qui Salutis  
 Dogmate pavit oves Tonantis.

Verum Supremo sic placuit Patri,  
 Ut summoveret, quæ dederat bona:  
 Inspirat is vitam, & reposcit,  
 Seu velit hac aliave luce.

Ergo

Ergo receptus post mala plurima,  
Prengere, cernis sydereas domos  
Ibiq; cum Sanctis recumbens  
Purpureo bibis ore nectar.  
Nos Te seqvemur, quando vocaverit  
Ex orbe Regum maximus omnium,  
Unà beati qvò jehovam  
Carmine perpetuo sonemus.

Hæc in honorem beatissimè defuncti  
apposuit

J. H. G.

Mulhusino - Thuringus,

**E**släuffet unser Zeit gar schleunig weg auf Erden/  
Wir müssen all' ins Grab/ Eh' wir es innen werden/  
Wann schon die unsrigen uns wolten länger sehn/  
So mus/ des ungeacht/ was Himmel will/ geschehn/  
Ich weiß Herz Brand gar woll/ das ihr mit grossen Klagen/  
Den Schwieger-Vater jetzt zum Grabe sehet tragen/  
Herz Prångern/ so ein Mann von grossen Gaben wahr/  
Von Kunst/ Lehr/ und Verstand/ zu Parchim manches Jahr.  
Doch aber weil dis all's dem Höchsten so beliebt/  
Das Kirch/ Raht/ und die Schul in Parchim sein betrübet/  
So zwingt auch euer Leyd/ und stillt euer Herz/  
Das ihr Euch nicht mehr mache bekümmernis und Schmerz.

Sein schuldiges mitleiden zu bezengen  
fügt dieses hiebey

Stephanus Mejer.  
Mindensis.

**Q**uid fundo lacrymas, Te quod, Venerande Ave, nobis  
Abstulit immitti Mors truculenta manu?  
Quin nostram potius fragilem nimis atq; caducam  
Deploro vitam, quæ mala multa tenet?  
Vivimus, ut teneri per prata virentia flores,  
Quos, ubi non credis, demerit aura Noti.  
Sic, cum victuros per tempora multa putamus,  
Cras improvisos tristia busta tenent.  
Noc Tu non metuis, Dilecte, sed omne per avum  
Miraris celsi limina sancta poli.  
A nobis abiens post te mala cuncta relinquis,  
Impia viventi quæ tibi terra dabat:  
Et scandis lætus super alta palatia cæli,  
Inter & electos gaudia mille capis.

Ita manes Dni. Avi lugens  
veneratur

J. H. B.













Ergo receptus post mala plurima,  
Prengere, cernis sydereas domos  
Ibiq; cum sanctis recumbens  
Purpureo bibis ore nectar.  
Nos Te seqvemur, quando vocav  
Ex orbe Regum maximus omnium  
Unà beati quò jehovam  
Carmine perpetuo sonemus

Hæc in honore

J.  
Mulhu

**E**släuffet unser Zeit gar schleunig  
Wir müssen all ins Grab/ Eh' wt  
Wann schon die unsrigen uns wol  
So mus/ des ungeacht/ was Himmel  
Ich weiß Herr Brand gar woll/ das ih  
Den Schwieger Vater jetzt zum Grabe  
Herr Prångern/ so ein Mann von groß  
Von Kunst/ Lehr/ und Verstand/ zu Pa  
Doch aber weil dis all's dem Höchsten so  
Das Kirch/ Raht/ und die Schul in Pa  
So zwingt auch euer Leyd/ und stille  
Das ihr Euch nicht mehr mache bekümm

Sein schuldiges mit  
füget diese

Step

defuncti

den/  
werden/  
hn/  
n/  
n Flagen/  
ahr/  
es Jahr.

eräber/

Schmerz.

engen

Mejer.

